

/ Admodum R/dis Patribus fr. A. DuPont Priori Avinionensi et fratri
Hieronimo de Serra priori Sancti Marcialis de Gentileno ordinis S/ti
Benedicti Congregationis Caelestinorum . Avinionem.

Admodum R/di Patres.

5 Legi quod scribunt R/ae V/ae et de omnibus egi hodie cum Sanc-
tissimo Domino nostro, qui jussit scribi Domino prolegato, ut vobis
assistat, nec sinat reformationem detrimentum aliquod pati. Ego eti-
am iterum ad eum scribo, ut vobis assistat, quod spero eum dili-
genter facturum. Interim valeant R/ae V/ae mei memores in sanctis
10 orationibus suis. Romae, die 3 Julii 1615.

RR.VV.

Uti frater in Christo

Robertus Cardinalis Bellarminus.